

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An infans expositus baptizandus. [n.] 64

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

jam recens conversus ad fidem Catholicam,  
scit se baptizatum in posteriori Ecclesia, dubi-  
tat proinde, an in aqua rosacea, vel naturali;  
an repetendus Baptismus?

**RESOLUTIO:** Rebaptizandus est utique  
Helvetus cum conditione, cum quia dubitat  
prudenter an non sit baptizatus in materia om-  
nino dubia; cum quia a ministro Calviniano  
aut Zwingliano; qui concionatoriè tantum  
& historicè solent proferre suas formas sacra-  
mentales. Ita Gob. sup. n. 395.

**C O N F E R E N T I A . XXXIV.**

Parochus ingressurus Ecclesiam, reperit ante  
fores infantem expositum cum schedula at-  
testante, eum esse rite baptizatum; an possit ac  
debeat id redere,

64.

**R.** Cum constitutionibus synodalibus con-  
stantiensibus, part. 1. tit. 6, n. 6. Infans expo-  
sus, licet in collo habeat appensum testimo-  
nium, quod baptizatus fuerit, si tamen aliunde  
non constet, baptizetur sub conditione, ratio  
autem est: quia tales infantes ut plurimum  
baptizantur ab ipsis metu Matribus regendi sce-  
leris ergo, quae persæpe sunt iuvenculæ Me-  
tetriculæ Formæ & materiæ Baptismi ignaræ,  
igitur si Baptismi obstetricum sunt suspecti, à  
posteriori talium Metetricularum.

**C O N F E R E N T I A . XXXV.**

**S**acerdos tenerimæ conscientiæ conferendō  
Baptismum infanti fuit involuntariè distra-

65.

**C 2**

**AUS**

stus: & ideo exacto ministerio cœpit anxie dubitare, an non omiserit, verba illa, Ego te baptizo, sciens probe se dixisse reliqua, in nomine Patris &c. An debeat repetere Baptismum cum conditione; q. Cum P. Gob. cit. n. 422. minimè, eo quod distractio in tali viro non possit fundare ullum rationabile dubium alicuius omissionis. Et hoc facit sapiens monitum D. Thom. 3. part. q. 3. s. 6. ad q. ita loquentis Nihil debet { Sacerdos Sacrificans quidni & baptizans } repetere propter eam solam causam, quod non recordetur, an hoc aut illud fecerit, aut dixerit. Notent scrupulosi.

## CONFERTIA. XXXVI.

**T**N Clementinâ de Bapt. cap. præsenti prohibemus. Habentur Sequentia: Præsenti prohibemus edicto, ne quis de cetero in Aulis vel Cameris, vel alijs privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt fontes ad hoc specialiter deputati, aliquos, nisi regum vel Principum, quibus valeat hoc in casu deferri, liberi extiterint, aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi, audeat baptizare. Qui autem secus præsumperit, taliter per suum Episcopum castigetur, quod alii similia attendere non præsumant. Hæc Canon. Cui videtur praxis esse contraria per germaniam: quid ergo dicendum.

q. Per Principes intelligunt hic Riccius decis. 427. & Quintanadu, Singulari, tr. I. singula-

gula